

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam etymologiam restituta

Luther, Martin

Helmstadii, 1663

Omnia nomina in "Werd" sunt Germanica

[urn:nbn:de:bsz:31-67714](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67714)

Symprecht/ Symphorianus. Ah quàm prolixis & liberis depravationib⁹! cùm idē sit, quod *Siegebert/m* pro gposito.

Lampertus, id est *Lange und Werd* / quod est, diu *charus*, quia beneficia citò oblivioni traduntur, & *rarus*, vel nullus potiàs invenitur *LangeVVerdus*, seu diu *gratus*.

Robertus Ruprecht utrumque vitiosè, sed *Ratwerd* dici debet, ut qui *Radt und Werd* sit, qui consilio valeat, & *charus* sit. Sicut *Zugewert* factò valet & *charus* est, quia rarò *chari* manent boni consiliiarii id est, verè *Ratvverdi*.

OMNIA NOMINA

In Rat sunt Germanica.

RAT per test æquivocum. *Primo* singularis tantùm numeri significat consilium: non enim pluraliter dicitur *die Räte* / consilia. Inde *Rathus* / *Rathern* / *Senatores*, *Senaculum*. *Secundo* significat ipsos consiliarios, inde pluraliter *die Räte* / à *Italico* seu æ diphthongato. *Tertio*, *successum*, fortunam additâ syllabâ *ge*. Hinc *Geraten* / *Ungeraten* / *Wolgeraten*. Sed claret, hoc esse derivativum à *Rat* Est & nomen *Rad* per *d*. plurale *Räder* / id est, *rota*, *rotæ*, sed hoc nihil ad propositum. Sic igitur dicitur.

Gebhart / rectiùs *Gebrat* / è puro, qui potens est dare consilium, dator consilii.

Volrat / *Wolrat* / bene consulens, bona consilia habens, *Eubulus*. Qui autem *volet*, potest dicere, *Wolrat* / id est, *Wolgerat* / fortunatus, *felix*, *prosper*, sed non placet.

Conrat / *Runrat* / accentu acuto in priore syllaba & u Belgico. Valens consilio, sciens consilium, prudens, prudent. us. Hic per syncopen dicitur: *Rurt* / *Rung* / *Rünglin* / *Rungel* / in quibus indicat litera u esse dicendum *Runrat* / per u non per o. *Runnen* est scire, seu scientiâ valere,

Burckar-

Burckardus, *Burgrat* / consul arcis, civitatis. Civitates enim *Burg* dictæ sunt; Et cives, *Burgenses*, & adhuc hodie *Bürger*.

Eberhard / rectius *OberRaht* / supremus consul, proconsul.

Ricardus, *Ricardus*, *Reichrät* / *Ricrat* / vel à divitiis, quasi dives consilii: vel verius *Refrat* / consul inter Gigantes, nobiles, Heroës. *Reffe* enim significat proceros, magnos, Heroicos, fortes viros, Gigantes. Hunc hodie videntur appellare *Kriegsraht*.

Oldradus, hoc per se patet, esse *Altrat* / seu Saxonice *Oltrrat* / Senior, senator vel *Senatus*, & dicitur fortè, contra juveniles Senatores, qui imperitiâ & stultitiâ suâ evertunt *Respubl.* Alioquin hodie dicuntur *Altrat* / *Newrat* / qui per annuas vices succedunt in magistratu.

Eckhardus, *Eckart* / sed meâ imaginatione *Hegerat* / ab *Hegen* / ut suprâ, servans, custodiens prudenter & consulte. Et ille *Odoacer*, ab Italis dictus, est *Hettheger*. Quia *Ost* seu *Od* ut diximus, est *Hatto*, *Hetto*. Sic *Hettheger* est pater custodiens, servans, tuens. Hinc *Est* / *Wolffs Est* / rectius *Hege* / *Hegio*: *Hülffshege* / custodia salutis, salus custodia. Vel si à fortunâ *Rat* dici voles, erit *Hege Rat* / servans parta, quia *Rat* & *Unrat* Germanicè dicitur, quando res bene & male curantur, quasi per hoc bene vel male rei familiari consulatur. Sed prior Etymologia melior est.

Marquardus, crasse nimis, pro *Margrat* seu *Mardrat* / consul provinciæ. *Mard* significat limites: ergo certæ regioni limitibus suis deputatæ hic *Margratus* præest.

NOMINA IN HÆC

sunt Germanica.

S Art significat Robur, *Fest* / *Starck*.

Boldrat